**E**t hic sensus adiuuat ex ὑβις Aug. pmissis si interius intelligant. **Q**uia enim pater est persona. i.e. cōntia. et filius est persona. et s. persona. **I**o dñs tres personae. i.e. tres subsistētie tres cōntes. **M**ō ei p̄n̄t dici tres subsistētie vel cōntes. nisi singulē eoz cōntia est persona. i.e. essentia. **Q**uod ḡ eis cōde est id qđ ē persona. i.e. cōntia. iō recte dicuntur tres personae. i.e. subsistētie. vel subsistēties. ut sicut cōntia que eis est cōdis vere ac pprie ē. ita illi tres vē ac pprie subsistētie vēntes intelligat. **I**o qđ Aug.

**T**res personae. i.e. subsistētie. **L**ōtrarii dicit hoc tūs in lī. de duab⁹ natūris et una persona xp̄i affigans differentias inter subsistere et substare. **Q**uod subsistit illud qđ indiget alio qđ sit. Substat vero quod subiectum alijs ut esse valcat subministrat. vñ ḡ qđ subsistere sit idem qđ cōntia. ḡ millo mō pot dici qđ sint plures subsistētie.

a **C**tres persone. i. subf  
sticie. Et trarum dicit hoc  
tius in ls. de duab<sup>o</sup> natu  
ris et una persona xp̄i affi  
gnans differentias inter  
subsistere et substare. Quia  
subsistit illud quod indiget  
alio quod sit. Substat vero  
quod subiectum alijs ve  
tisse valcat subministrat.  
Vnde ergo subsistere sit idem  
quod centia. ergo nullo modo pot  
dici et sunt plures subsist



## Distinctio

**7 d** Non est prossus alijs in trinitate gradus. Videbis Hie ro. dicere h̄ illud qd dicit Aug. it. cōfessi. p̄t filius nō posses runt substantia. sed causa t̄ gradu. **C** Item in diuis est substā tia. igitur ibi est sub. sed sub dicitur relative ad superioris. igitur ibi est sub t̄ super. ergo inferi? & superioris. igitur gradus. **C** Item ubi cū est au toritas et subautoritas. ibi est gradus: sed bec est in patre t̄ filio. ergo tc. Rn. dōm sicut dicit glo sa. Exo. rx. Non ascendas per gradus ad altare tc. per gradus ascendit ad altare qui dicit patrē ma torem filio. t̄ filium spirit us sancto. sicut arr̄ dixit Unde cū gradus de ratio ne sui nois tollat persona rum equalitatē. Ideo be s ne dicit Hiero. Qd nō est prossus in diuisitate gra dus. Nibilominus ponitur ordo. Differunt enim gradus t̄ ordo sicut pun ctus t̄ unitas. Nam pun ctus est substantia posita ideo solū est in corporali bus. Unitas vō est substā tianon babens positionē ideo est in spiritualibus. Sic gradus dicit super positionem vel loci vel di ginitatis. Ordo vō dicit habitudinem ad principiū sine positionē. **C** Ad illud igitur quod dicit Augu. Dicēdū qd impropicio lo quitur in utroq verbo. t̄ causa sumitur ibi p̄ pri capio. gradus vō sumitur p̄ ordine. **C** Ad illud qd obiectur desub. Dicēdū qd sub in diuīnis nō dicit subautoritate: sed solū habitudinem fm rationē intelligendi. **C** Ad illud quod obiectur de autorit ate. dicendum qd verum est fm qd autoritas. sonat in ratione: dominū quod ponit gradum. sed sic nō est in diuīnis sed solū. put sonat in rationem princi piū: t̄ hoc ponit ordine in cognoscendo.

**G** Intelligentias duarū partis duo p̄ncipaliter ques runtur. Primo queritur de quidditate būis nō minus persona. Secundo queritur de cōmunitate eiusdem. Quantū ad p̄mum duo queritur. P̄mo de persona fm rez qd sit. Secundo quid sit fm una. distinctionem.

**A** **Questio. i.** p̄sona dicatur fm substantiam. videtur et vōis Au gustini in. viij. de trinitate. Idē est deoesse t̄ pers

## XXV

sonam esse. Et iterū. cum dicimus personam patris. nō aliud dicimus qd substantia patris. ergo persona de fm substantia. **C** Item Ansel. in fine mono. quod sunt persone tot sunt substantiae. igitur nomine persone dicitur fm substantia. **C** Itē Hugo de sancto victore in li. de sacramētis. in prima parte libri ter tij. Unum solū nomen est substantiale quod de singulis dicis singulariter. In summa tamen nō dī singulariter. sed pluraliter pronūciatur. vt persona igitur hoc nomine persona est nomine substantiale. **C** Item Boetius in libro de duabus naturis t̄ vna psona r̄pi personā diffinitē dicit. qd est rationalis nature substantia individualis sī substantia predicitur in recto t̄ nō per accidens. sed fm se. tunc ergo persona dicit substantia fm omnes doctores. **C** Item boctiū videtur ratione. t̄ hoc p̄ diffi nitionē. Boetius em̄ venādo diffinitionē persone dicit qd aut est substantia. aut accidens. t̄ dicit qd nō est accidens. ergo substantia. Si ergo psona in his inferioribus dicit substantiam et quid per se existēt. ergo t̄ in deo. **C** Item boctiū videtur per eius absolutionē. qm̄ omne nomen qd de ad se dicit substantiam in diuīnis quia tale nō fm relations dī: sed hoc nomen persona est buiūmodi vt patet. Et August. dicit. vij. de trini. Ad se quippe dicitur persona. vt bonus magnus tc. **C** Item hoc etiam videtur per ecclēstic responcionem. quia omne nomine quod conuenienter responderet ad interrogacionem facram per quid indicat substantiam: quia quid querit substantiam: sed hoc nomen persona ab ecclēstic hereticis respōsum est que rentibus quid tres sicut dicit Augusti. t̄ magister. ergo indicat substantiam. **C** Item boctiū videtur relationis abstractio ne. Intelligam qd nulla relatio sit in diuīnis. t̄ qd in vna sola ypostasi sit natura diuina. sicut intelligunt gentiles. tūc p̄tin git qd adhuc est intelligere naturā intellectuale t̄ habentē illā ergo t̄ persona t̄ naturā. igit si circūscripta omni relatione saluus est intellectus psonae. persona nō dicit fm relationē. t̄ dis citor fm relationē vel fm substantiam. ergo de fm substantiam. **C** Contra. Boctiū in lib. de trini. in si. Si persone diuīse sunt necessē est vocabulum qd ex partibus trabit originē ad substantiam non pertinere. Si ergo que trabit originē a partibus non pertinet ad substantiam. multo fortē nec nomen persone. Unde Rich. de sancto victore dicit qd persona idē est quod p̄ se existēt. utra quēdam singularis existentia modus nature rōnalis: sī singularis modus existēt est relatio in diuīs tc. **C** Item rōne videtur: quia omne nomen quod recipit multitudinem vel plurificationē pertinet ad relationem: qd fm omnes substantia remanet in diuīsa. Et Boetius dicit qd substantia continet unitatem: relatio multiplicat trinitatē. si ergo nō men psonae est multiplicabile. patz quod dicitur fm relationē. **C** Item omne nomen de se importat distinctionē dicit fm relationem: sed nomen persone importat distinctionē qd persona est ypostasis p̄prietate distincta. t̄ Boctiū dicit qd est in diuīda. t̄ individualia non est aliud qd. distinctione. ergo tc. **C** Respon. dicendum qd aliqui voluntē solvere distinguendo significationē persone fm diuersitatem numeri. vt in singula ri diceretur fm substantia. in pluralit fm relationē. Sed bec solutio nō valer. quia dī in singulare. alia persona patris. alia filii. quod dī nō possit esset terminus substantialis cū non sit alia persona substantia patris. alia filii. Alij voluerūt per distinctionē significacionis solvere fm diuersa tempora. videlz qd ante responsionē ecclēstic diceretur substantia litter t̄ fm substantiam. post responsionē diceretur fm relationem. Sed bec solutio non valer. nec in se: nec ad propositū. In se non valer: qd ecclēstic aliqua rōne respondet magis illud nomen qd aliud substantiale. t̄ tunc non importat significationē. ergo responsio ecclēstic nibil facit ad mutationē significationis. Ad propositū non valer. qd fm significationem quam habet post responsio nem ecclēstic loquuntur doctores. t̄ currunt rationes ad utrāq partem. Et propterera est intelligendum qd persona dicitur rationalis nature suppositū p̄prietate distinctū. fm omnis qui intelligunt eius significationē specialem: sed suppositū rōnalis nature constat esse substantiam. p̄prietatem distinguētē cōstat esse relationē ergo cum persona utrāq importet. sc̄ suppositū t̄ p̄prietatē. necesse est dici fm substantiam t̄ fm relationem. Et cū dicat fm substantia quārum est de generali: et p̄mo nos minus intellectu. persona em̄ dicit suppositū certū substantię

## Libri

sue in deo siue in creaturis. Et huic consonat modus dicendi a parte nois. Sed quodcum est de speciali et ultimo nos intelleximus; quod dicit suppositum distinctum proprietate que est relatio. dicitur in deo hoc relatione. Et hinc est quod sancti et doctores dicunt nomine persona cum substantia dicitur licet etiam cum relatione dicatur. Sed obiecte aliquis cum isti modo dici cum substantia et dicitur cum relatione. dividant nomen diuinum ut vel ex opposito. aut non potuerunt inueniri in codice. aut illud nomen implicat in se opposita. Et propterea intelligendum sicut dicit Rich. de setore. dicitur cum substantia est dupl. Aut indicando substantiam cum natura coem. et sic de hoc cum substantia. Aut indicando substantia ut suppositum certum. ut quidam homo. Primo modo dicitur quod est quid. scilicet modo est dicere aliquid. Dico ergo quod nomine cetero vel substantie deum cum substantiam; quod indicat natura coem; sed persona deum cum substantia; quod indicat suppositum certum et distinctum. Natura autem cois non multiplicatur nec refertur; et id quod dicit substantiam cum natura coem. ita dicit ad se. et nullo modo potest dici cum relatione. et hoc quidem modo dividitur ex opposito. Suppositum autem siue ipostasis natura est plurificari. et ad altius comparari et ita referri. Et quod sic deum cum substantia. nihil impedit ratione relationis superadditum dici cum relatione. et hoc vult dicere Rich. de sancto victore. Patet ergo responsio ad obiecta cum utramque partem. Concedendum est enim nomen persone cum substantiam dici ut explicatum est. sicut dicitur sancti. et rationes probant. Ita enim intelligunt dici cum substantiam. Concedendum est nihilominus dici cum relatione. licet non ita principali. sicut probant rationes sequentes. quoniam multitudine relationis plurifiscat ipsam personam. Ad illud tamen quod obiectum quod invenitur ad interrogationem facta per quid. et hoc potest concludi quod non enim dicit substantiam ut suppositum sed etiam vel natura coem. Dicendum quod quid aliquis querit essentia supposito quid est quod per nomen deum. ut quid est hoc et quod invenitur ad hanc questionem indicit substantiam pure et essentia. et quoniam est questione de substantia. Aliquando supposita voce ineterminate querit quid per nos men de sic ut dicatur brunellus currat. et querat quid brunellus. utrum scilicet homo vel asinus. Aliquam suppositionem quidditatem et significacionem querit de eo respectu cuius deum dependens. ut si dicatur alibi currat. et si queratur quid alibi potest invenire boves vel asini. et hoc modo quesierunt beretici quod tres. quod beatissimus Job. dicit in canonica. v. Tres sunt qui testimonium dant. scilicet. quesierunt quid tres cum sit adiectiu sine substantiis. et tunc magis querit suppositum quod essentia. et id suppositum est resum. et sic per hoc nomen persona. Unde spissans suggeretur optime et nobiliter et carbo lice sicut dicit Rich. rident ecclesia et valde bene. et instincti spiritus rident sicut dicit Rich. magis rident hoc nomen quod aliud. Sed tamen posset queri quare bereticus non quisuit per hoc interrogatum qui et vel quod debuisse. Si enim quereret de supposito et qui de supposito debuit querere qui tres. Et ad hoc est resum. quod qui querit de supposito certo siue reali. et de illo non quererat. quod in eadem autoritate subditur. pater. verbum. et spissans. sed querebant de supposito respectu cuius hoc quod est tres significat in adiunctio. et id magis quesierunt quod tres qui qui tres. Si enim opus unico nomine respondere. et ipsi hoc querebant. Ad utrumque argumentum quod non recte procedat patet melius infra resum. Tamen potest dici quod intellectus persona possit abstrahi ab hoc proprietate determinante. tamen de suo generali intellectu claudit intellectum proprietas; et quod in diuinis proprietatis est relatio. ideo de generali intellectu claudit relationem. Unde sicut hec persona in diuinitate que est per se non potest abstrahere a paternitate que est relatio personalis salua personalitate sic nec persona a relationis intellectu in speciali. et sic per se non sequitur quod dicitur cum substantiam.

**2. Questio. iij.** De hoc nomine persona quid sit cum distinctione. et distinctio ea. Boetius sic. persona est rationis nature individua substantia. Sed quod ista distinctione sit conuenientia diuinae personae ostenditur per intentionem auctoris; quod Boetius intendit agere de persona Christi. constat autem personam Christum esse increataem; ergo intendit assignare rationem personae diuinae siue increase. Item quod hec sit ratio in diuinitate videtur. Nam in deo constat ponendum esse suppositum inconcibile. et hoc suppositum est substantia diuina. et hoc etiam est rationis nature. et non conuenient ei nisi de quo deum persona. ideo est eius ratio ut videtur. **Contra.** Quis distinctione dicit aggre-

## Primi

gationem cum constet ex pluribus. alioquin esset ibi nugatio. In simplici autem nulla est aggregatio. igitur nullum simplex est diffinibile. sed persona in diuinitate est oīno simplex. ergo et. Si dicas cum quod aliquis quodquis sit simplex cum rem tamē non est simplex cum ratione. **Contra.** Aut illi ratione responderet aliquid in re. aut nihil. Si aliquid. ergo aliqua compositione est in re. Si nihil ergo ratio oīno vana est. sed propter rationem variam non est aliquid diffinendum. ergo et. Item ratione suarum partium non videat conuenire diuinae personae. Nam rationale est differentia animalis. ergo cui non conuenit esse animal. non conuenit natura rationalis. Sed animal non conuenit deo cum sit species corporis. ergo nec hoc quod est rationalis. Item videtur quod substantia non dicatur in recto de persona; quod multiplicatio distinctionis necessaria est multiplicare distinctionem et partes distinctionis. ergo si persona est substantia. cum sint plures personae. igitur plures substantiae. Si tu dicas quod substantia stat ibi pro ipostasi. **Contra** ipostasis deum substantia individualia sicut dicit Boetius. ergo sicut est nugatio si dicere homo rationalis. sic et in predicta notificatione. Queritur ergo utrum hoc nomen substantia stat pro communione vel pro ipostasi. Item videtur esse non convertibilis. Nam anima hominis est natura rationalis substantia individualia. ergo et. Ultimum queritur cum diversae sint distinctiones siue assignentur de persona quoniam differat. **Respon-** dicendum quod sicut per se ex intentione auctoris. hec distinctione conuenit et assignatur diuinae personae. **Ad** illud vero quod obiectatur quod simplex non est diffinibile. dicunt aliqui quod dupl. est aliquid diffinibile. Uno modo in recto et per differentiam dicent positionem. ut cum deum homo est animal rationale mortale. et hoc modo verum est quod diffinibile dicit aggregationem et compositionem. et hoc modo solum aggregatus est diffinibile. Alio modo contingit aliquid diffinire in obliquo et per differentiam dicentem positionem. ut cum deum similitas est curvitas nasi. et tunc non significatur substantia rei aggregari et diversis quoniam quod ponitur in obliquo non intrat essentia de necessitate. Ulterius differentia priuans non ponit aliquam compositionem siue appositionem. et talis est dicta ratio. Nam hoc quod est rationalis cadit in obliquo. et hec differentia individualia non ponit sed priuat. **Ad** hec responsio non potest stare. Nam quidem quod quod diffinatur per obliquum. aut diffinitur sicut accidens per substantiam. aut sicut per rem eiusdem generis. tunc ergo intrat essentia et non dicit totam. cum sit pars distinctionis. ergo necessaria est illud quod apponitur aliquid addens cum rem et ita siue in recto siue in obliquo necessaria est dicere aggregationem. **Et** propterea dicendum aliter quod hec ratio in intellectu de persona creata. est notificatione dicens aggregationem. In deo autem non dicit aggregationem cum rem. sed cum intellectu rationem. que tamen non est vana. eo quod omnia quae dicuntur in ratione personae inveniuntur in deo. licet non per diversitatem. et hoc quidem potest intelligi sic. In creaturis specificatio per additionem complementum est in individualitate per additionem siue appositionem contrabentem. Et ideo cum dicatur substantia individualia. individualia realiter addit supra substantiam. unde et substantia individualia supra naturam. ideo necessaria est compositionem per substantiam. nec substantia supra naturam. ideo vere deum. et vera est ratio intelligendi et notificationis ista conuenit persona diuina. nec significatur in ea aliqua compositione. unde tener rationem cuiusdam notificationis et cadit ratione distinctionis. quod nec deum nec diuina persona est diffinibile. et tamen cognoscibilis et notificabilis. **Ad** illud quod obiectum de differentiis positivis siue de membris dicendum quod rationale dicitur uno modo quod habet potentiam discernendi bonum a malo. verum a falso. et sic deo et creature pertinet. Alio modo quod habet potentiam discernendam per inquisitionem et collationem discursum. et hoc est proprium anime coniuncte carni. et sic differentia talis. primo modo ponitur in distinctione. sed secundo modo obiectum. **Ad** illud quod obiectatur substantia individualia deum in recto. Concedendum quod numeratur in persona; quod sicut dicit Anselm. plures substantiae sunt individualia. sicut

# Distinctio

## XXV

19 duc. sicut plures psonae. Ad illud qd querit. vtrū hoc nōmē substātia stet p cōi. aut p ipostasi. confucuit duplī rūderi. Primo mō q substātia stet p cōi. Et si tu obijcis q illa nō idē dividatur. Dicūt q dīa aduenīs respicit substātia rōne sup positi. t nō rōne forme. vt p̄z cū dī. individualū animal. Hec au tem respōsio nō videt couemēns; q̄ hoc nōmē substātia fm q stat p̄z cōi nō supponit personam. Unde hec est falsa. essen tia generat. sīl̄r̄ bec substātia generat. Scđo modo dī. q̄ idē substātia tm̄ valet quātūm ipostasi. nec est nugatio. Nam in dividuariū attenditur in psonā quātūm ad triplicem incoitatem; sc̄z per predicationē. bec cōuenit ipostasi. Et per cōpositionem; q̄ nō est alteri cōponibilis. Et per vmonē prout ali quid vnitur digniori. Et ita differentia individualū dicit istas duas incoitatas. Unde p̄z q̄ non est ibi nugatio. pat̄z etiā q̄ diffinītio est cōvertibilis. Per istā duplīcē incoitatem exclusi tur aīa boīs. que est alteri cōponibilis. t humana natura in xpo que est vniuersalitā. Sed tm̄ illud līcs rationabilis sit di ctum. adhuc restat questio de ipostasi. q̄ ipostasi est substātia individualū. querit sīl̄r̄ quō ibi accipiatur substātia t nō po test accipi nec p cōi; nec p ipostasi. t ppter hoc dī tertio. q̄ fm̄ nōmē substātia stat ibi fm̄ q̄ hoc nōmē substātia dividif i pri mā t scđam. t ita in quadā cōitate ad substātia vniuersalē t particularē. t illud colligūt ex verbis Boeth. q̄ venaf diffi nitionē psonē per p̄dītā diuīsōnē substātia. vt ibi p̄z. Unde hoc nōmē individualū coartat illā in differentia illius nomis substātia vt stet p substātia prima. t sic nō est ibi nugatio nec substātia cōis individualū. Ad illud qd vltimo queritur de assignatione diffinītio. Dicendū q̄ persona diffinītūt a Hoc. persona ē rōnalis creature individualū substātia. Ricb. sic. Persona est intellectualis nature incoicabilis existentia. Diffinītūt etiā alio modo sic. Persona est exīstēs per se in ipsa singularē quēdam rōnalis existentia modū. Si magro diffinītūt sic. Persona est ipostasis diffinīcta p̄cipiat ad norabilitatē pertinēt. Et notāda est dīa hāz diffinītio. q̄ Boetius et magri diffinītūt psonā. fm̄ q̄ cōiter dī in deo t in creaturis. Hoc. magis cōfiderat rōnem rei magri vō addūt rōnes trālationis. Diffinītio vō Richar. sunt psonae prout est in di uitio p̄cipiūt. sed vna est p̄pria assignatio. alia vō diffinītio. Boeth expositio siue correctio. Posset tm̄ dici. q̄ omnis idē di cūt. differunt tm̄ fm̄ modū dicendi. q̄ diffinītio Boetii fuit data. t videbatur improprietate sonare. ideo posuit Richar. as tam magis per p̄pria verba. t sic vñz ad quartam.

 Ecundo queritur de scđo articulo. s. de cōitate but' nois psonae. Et circa hoc querunt duo. Primo querit. vtrū hoc nōmē psonae sit vere cōe psonis increatis. Scđo. vtrū sit cōe vniuersalē psonae creatis t increatis.

Questio. 1. + increat. ostendit p Aug. vii. d. tri. Inq̄ dīr tres psonae: q̄ cōe est eis qd est psona: sed p̄stat q̄ plurificationē nō sufficit cōitas nois: solum ergo vere est cōe fm̄ rem. Item hoc ipsius vides rōne. q̄ omne nōmē qd recis p̄t supra se. nōmē distributūt est vere cōe ad illa i que distri buitur. sed tale est hoc nōmē psona. ergo ē cōe ad tres. Item qd est fm̄ idē nōmē dī. fm̄ cādē rōnem dī de pluribus. est vere cōe ad illa. s. psona est fm̄. ergo tc. Item cū dico. pater est psona. hoc nōmē psona p̄dicat. aut ergo tāq̄ ens de ras tione patris. aut tanq̄ accidētale. Lōstat q̄ nō tanq̄ acciden tale. ergo tanq̄ ens dī rōne patris. aut ergo dicit totū quod est pater. aut nō. Si totū. sicut ergo pater p̄dicatur de so lo patre. ita t persona quod falso est. ergo nō dicit totū. ergo in plus est hoc q̄ est psona q̄ pater. t in plus q̄ est de rōne patris. t sīl̄r̄ de rōne filii. ergo est vere cōe. Lōtra. Scđo cōe ad aliquā. qd numerat in illis est vere vniuersale ad illa. ma xime si nō dī accidentalē de illis. hoc p̄z. q̄ Aug. dicebat su p̄a dist. t vñz. q̄ nō dī aliud cēntia nō est vniuersale. nisi q̄ nō numerat in singularib. si ergo psona est cōe ad tres. t vñz. numerat siue plurificat in illis ergo est vniuersale. ergo in di uitio est ponere vniuersale. qd est cōtra p̄determinata. t cō tra Aug. Qui vult q̄ in diuitio nō sit vniuersale nec particula re. Item nibil est cōe quod de sua rōne t nois p̄iūat cōita tem: sed psona dicit individualū siue incoicabile de rōne sui no minus. ergo tc. Item omne quod dī fm̄ substātia et est cōe

dicit fm̄ substātia cōem. sed nibil qd dī fm̄ substātia cōem plurificat: ergo psona nō plurificat. Non stat aut q̄ plurifica tur: t tm̄ dī fm̄ substātia ergo nō dicit quid cōe. Item si dis cit quid cōmune. aut nominis tm̄. aut nois t rationis tm̄. aut nominis t rationis t rei. Si tm̄ nominis. ergo est equiuocatio. ergo non est cōmune. Si tm̄ nominis t rationis. ita q̄ nō bil est cōmune in re. ergo est vniuersalē. Si vō nominis et rationis. t rei. sed cōmunitas realis vt vult Dama. non est nō si cōmunitas substātia t nature. t bec nullo modo plurificat. ergo hoc nōmē persona nullo modo potest esse cōmune. Respon. ad predictorū intelligentiam est notādūm q̄ perso na ab sīz dubio est cōmunitas tribus t essentia cōmunitis. sed tam alius modus cōmunitatis est in essentia t psona t buius signum est. q̄ plurificatur persona. nō essentia. differentia au tem cōitatum differenter accipitur a diversis. Quidam enim dicit. q̄ duplīciter cōtingit aliquid esse cōmune. s. fm̄ positio nem. t fm̄ privatione. Scđo positionē dicunt animal esse cōmune ad dominē t asinū. Scđo privationē vō. vt non animal est cōmune ad lapidem t ad lignum. t dicūt q̄ cōmunitas fm̄ positionem est in natura t essentia. t in nomine hoc significāte. Lōitas vō fm̄ privationē est in persona. q̄ dī persona qua si incoicabilis. t fm̄ privationē cōitati. Alij dicit q̄ duplex est cōitas. rei sc̄z t ratiōis est cōitas. Quedā fm̄ vniatē nature absolute. Quedā fm̄ sīl̄tudinē habitudinis cōparate. Lōitas fm̄ vniatē nature absolute est humanitas respectu petri t pauli. q̄ vna naturavni uersatio reperitur in trīs. Lōitas vō fm̄ similitudinē habitudinis relate est illa que attendit in cōsimili opatione. sicut modus regendi cōis est naute ad regendum nauem. t docto ris ad regendas sc̄olas. quia vterq̄ non debet esse forte sed arte peritus. Et primus quidē modus attēditur in essentia. Secundūs vō attendit in persona. Nam persona dicit quasi proprieatate distincta. t ita dicit habitudinē ad p̄prietatē que cōsimilis est in qualibet personaz. Non em̄ dicit quātū est de se vnam formā naturalem. nisi in obliquo. sed substātia si ue essentia dicit formā t naturam absolutam in qua cōitant. Alij dicunt tertio modo. q̄ duplex est cōitas. rei sc̄z t ratiōis. Rei sicut vniuersale ad singularia. Rōnis vō sicut aliqua in tentio accepta ab alia fm̄ cōsimile modū accipiendo. t sic hoc nōmē individualū est cō fm̄ rōnem ad petru t ad paulū. Pri mo mō dicit essentia cōem. Scđo mō dicit esse cōem per sonam. Q̄ hoc dicit psona in diuitio qd individualū in creaturis. Omnes autē isti modi dicendi si diligēti attendamus conuenientes sunt t sumpti sunt ex significatione buius nomis quod est persona. siue ex distinctione. Persona em̄ dicit incoicabilis fm̄ rōnem t hoc dicit privationē cōitatis. Persona vñ terius q̄ incoicibilitatē dī rōne ei. q̄ subest p̄prietati distincti gienti dicit habitudinē ad p̄prietatē. sicut p nōmē ipostasis. Rursus ex his habet. q̄ psona ponit circa suppositū. de quo dī intentionē subiecti t nō predicādi de pluribus t ita p̄z q̄ rōne sui nois importat habitudinis privationē t intentionē rōnis. Et q̄ cōitas ei. accipitur fm̄ rōnem nois. idō importat cōitatem fm̄ privationē t p̄portionē. siue analogiā t rōnem. Tū inter oēs hos modos medius magis accedit ad naturam rei. q̄ recuera priuatio illa in persona magis est positio q̄ p̄ua tio. t rursus nois intentionē fundamentū t radicē habet in re. Concedē ergo sunt rōnes. q̄ persona dicit cōmune in diuitio. Ad illud quod obijcitur q̄ plurificatur. iam p̄z respon sio. q̄ vniuersale dicit cōitatem fm̄ positionem t fm̄ vniatē nature. t fm̄ rem. non solū fm̄ rationē. t qm̄ persona hoc mos do nō importat cōitatem. ideo non est vniuersale. Nihilominus tm̄ ratio non valet. quia vniuersale plurificatur t vere nu meratur propter veram additionē. propter quā contrabitur ad individualū. t hic persona non addit supra personam. qm̄ ut p̄dicrum est. nō est diffinītio in diuitio per additionē. sed per origīnē. ideo persona nec vere numeratur. nec trahit in partē illo modo quo vniuersale. Ad illud qd obijcitur. q̄ priuat cōmunitatem. Dicendum q̄ illud quod priuat cōmuni tatem non est cōmune fm̄ illam cōitatem. quā priuat. sed pers ona priuat cōmunitatem rei. sed nō cōitatem rationis t fm̄ il lam non est cōmune. sed fm̄ cōmunitatem rationis. Ad il 28 lud quod obijcitur. q̄ est cōmune t dicitur fm̄ substātiam cōmuncem. Dicendum q̄ hic est accidēt. sicut hic iste est albus et iste est monachus. ergo est albus monachus. ergo alia ras

## Libri

tionem denominandi importat iste terminus albus in premissa et in conclusione. Sic recte dicendū de hoc termino cōc. q; pri mo fīm habitudinē sedo fīm nature vnitatē accipitur. Qd que ritur. aut est cōitas rei; aut noīs aut rationis. Dicendū q; oī bus bis modis: sed cōitas realis duplex est sicut vsum est. fīm nature vnitatē. et fīm similem habitudinem. et primo modo loquitur Damascenus. et ideo patent cetera.

**Quesitio. iiij.** Utrius vocis nomen persona sit cōmune et vniuocū creatis et increatis personis. Quod sic videtur q; eadē est ratio et idem nomen persone fīm quod dī de his et de illis. Etē hoc yr. q; cōitas psone est cō munitas p̄similis habitudinis: sed cōsimilis habitudo que re peritur in deo reperit et in creatura. Qd sicut pater est suppos itū diuine nature. ita petrus bīanc. ergo tc. Etē cōplicē tum rōnis psone p̄stic in coicabilitate h̄c incōcibilitas cōis est psonis diuini et creaturis. g; tc. Etē lōtra. De et creature summe distat: ergo nibil bīt cōc. ergo nibil vniuocū. Etē psona est suba ergo q; vniuocant in psona. vniuocant in suba. Sed creator et creature non vniuocant in substātiā. q; tūc de' esset in ḡne: ḡ nec in psona. Etē q; vniuocant in aliq; equalis sunt in illo: h̄ nibil participat equalis creatura cum deo. ḡ hoc ipm qd est psona nō dī vniuocē deo et creature. Etē queritur ḡ de quo p̄ prius dicat psona. Et vñ q; per prius psona dicas de creatura; q; inde translatū est ad diuina. Contra. Natura intellectualis. et substātiā distinctionē est in deo p̄ p̄ q; in creaturis. et non sunt plura de ratione persone. ergo tc. Respon. Dm q; hoc nomen persona sicut prius vsum est. nō dicit nisi cōitas habitudinis sup quā fundatur cōitas rō nio. qm̄ ḡ consilis habitudo reperit in psonis creatis et increatis. Hinc ē q; hoc nōmē psona nō dī equoce. h̄ analogice. Etē attēdendū q; cōitas habitudinis p̄t esse per respectū ad res eiusdē ḡnū. et tunc est vniuocatū et analogia fīm equalitatis. ut petrus est individū et paulus. et equalis cōuenit eis ratio individui. p̄t etiā esse per comparationē diueriorū generum ut petrus et albedo petri. in hoc q; est esse individū vniūtū. et per prius cōuenit ratio individū petro q; ei albediū. Sic dicēdū q; hoc nomen persona dictū de personis diuiniis dicūrū fīm coparationē rerum ciudicū nature ideo analogice et equaliter. et ideo quodāmodo vniuocē. s̄lī cum dī de psonis creatio. Cum aut dī de personis creatis et increatis. dī per cō parationē rerū diuersarū naturarū. et ideo per prius et per poste riū. Et sic psona prius dī de personis creatis fīm nomen: sed fīm rem noīs per prius dī de personis increatis. Et q; querit utrum persona sit cōis personis creatis et increatis. Dicēdū q; si dicatur cōe vniuocum: nō: et rationes ad hoc concedende sunt. Ergo obiectur q; eadem est ratio tc. Dicēdū q; non est cadem ratio. nisi fīm analogia quā longe nobilis et aliter est natura intellectualis et ipostasis et distinctionē et proprietates in deo. ḡ in creaturis. Ad illud quod obiectur. q; ē habitudo cōsimilis. Dicēdū q; nō est similitudo equalitatis. et p̄terea talis similitudo nō facit vniuocationē. sed analogia solū. Ad illud quod obiectur de incōcibilitate. Dicēdū. q; nō est pura p̄cipatio. immo importat distinctionē. et cui alia ratio distinguendi distans multū ab illa sit in deo. et hoc nō tñ fīm rem. immo etiā fīm rōncē rectaz. intellectus nō attribuit deo modū distinguendi. qui competit compositis. ideo nec ratio e vniuocum est: sed solum analogum.

**Distinctio. xxvi.** De his que p̄prie et eternali. dīr de deo fīm relationē sive proprietatē psonalē. fīm q; ipsis personis assignantur.

Anc de p̄prietatibus personarū quas frequenter tc. Supra magis multipli egit de his q; dīr de deo fīm substātiā. Hic sedo agit de his que dicūrū de codē fīm relationē. Dicēdū autē hec pars in duas. In prima agit de his q; dicunt de deo p̄prie et eternali. In scđa agit de his q; dicuntur de deo p̄prie et temporaliter. infra di. xxx. Sunt em̄ quedā que ex tempore. Prima pars iterū dividitur in duas. Qd quedam sunt proprietates sive relationes personales. et de his agit primo. Quedam nō personales. et de his agit secūdo. infra disti. xxvii. P̄terea considerari oportet q; non tñ treo tc. Prima pars iterū dividitur in duas. In prima assignat p̄prietates personarū fīm q; in ipsis personis assignantur.

## Primi

In secūda vñ agit de ipsis fīm q; eas contingit dīcētis nomi nibus exprimi. infra. dis. xxvii. Hic querit potest utrū p̄prietates tc. Prima pars habet duas. In pīma magister alignat p̄prietates personarū. In secūda vñ circa assignationem monit oībus bis modis: sed cōitas realis duplex est sicut vsum est. fīm nature vnitatē. et fīm similem habitudinem. et primo modo loquitur Damascenus. et ideo patent cetera.

**Determinat quib; assi gnant p̄prietates psoneales. q; ipostasis.**

Etē de p̄prietatibus psonearū quas frequenter in hoc tractatu cōmemorauim̄ aliquid loq; nos opz. Etē primū audiam̄ qd de hoc nomine ipo stasis. Hieron. dicat. Atē em̄ sub hoc nomine venenū late re. sed hoc dicit fīm q; heretici eo vrebātur ut simplices sedu cerēt sc̄z. p̄ psone et pro cōntia ut sine diceretur vna tñ ipo stasis. sive tres min̄ peritos ad incomēdiens deducēter cum nō erat hoc nomen ita apud catholicos vulgatus. nec ita eius significatio determinata ut mo. Et ideo Hieronymus dicit hoc nomine non vtedū fore sine distinctione vel expositione. tunc. s. qm̄ cuī hereticis contēdebat ita scribens de fide catholica ad da masum papā. Ab arrianorū presule ipostasis nouellum nomen a me homine romano exigit. Interrogamus quā tres ipostases arbitrentur in telligi. Tres personas subsi stentes aiunt respondemus nos ita credere. Non sufficit eis sensus. Ipsū nomen es flagitant. quia nescio quidve neni in syllabis latet clamam̄. Si quis tres ipostases. id est tres subsistentes personas. non confitetur anathema sit. Si quis autē ipostasim̄ sive intelligens nō tribus personis vnam ipostasim̄ inducit. alienus a ch̄. isto est. qui sc̄i et tres ipostases dicens sub noīe p̄ciatatis tres naturas co natur asserere. Sufficiat no;

q; sententiā etiā facit que non habet ortū ex veritate antiqua. tunc est vere nouellum. et sic dicit apostolus esse fugiendum. vnde addit probanā: ergo quantum ad intellectum sanum non erat nouum. sed q̄tum ad intellectū quem heretici supponabant. Quod obiectur de autoritate Dñi. Dicēdū q; nō men ipostasis de se non importat respectum ad accidentem. sed solū ad p̄prietates distinguētē. que inq; in creaturis est acciden to. Jo dicit subiectū cū accidentibus. nō sic. aut est in deo. Venerabili



## Distinctio

**2 b** Ceterum sub melle latet et ceterum. Obincif. quod cum hoc non dicat nisi per errorē conuictus. ut per talia nomina oīno essent singula. Risi. Dicendum quod venenū non latebat sub noīe. sed sub conuictione sive occasione quod ex hoc occasionaliter volebant inducere iheresim. Ut per dīci p̄venenū latebat non quā ad significationē. sed p̄ dubitationē. id nō eis determinata est ei significatio abīcō dūbio est tenendum.

**3 c** Aliud est genuisse quā natū esse. Videf male dicere. quod cū aliud dicar diueritatem in cōntūta. sed hoc videf quā ḡnatio actua et nativitas differat p̄ esse. tā qd est ī fidē. Risi. Dicendum quod alid non dicit ibi diueritatem p̄ rei absolute. sed p̄ coparationē ad dicentē et intelligentē. quod aliud ī intelligere sive dicere p̄ ḡnare et bīmō. et bīc alterati non subest diueritas cōntūta sed alīcas p̄prietatis.

**4 d** Et ī p̄prium soli p̄tis igni. non quod non est natus ipse. sed id sit dicere p̄tra illud quod dī. item diff. xviiij. vbi dī. quod qd īqingenitus. est p̄prium p̄tis p̄prium sed ingenitus non est aliud. sed dicere quod non genitus. Risi. p̄prium quod Aug. loquīs de hoc quod scīt. est non natus fm qd dicit purā negationē. et sic non dicit proprietatē. Ingenuitus enim p̄t est p̄prietas non est pura negatio.

Propriū dī sp̄ssancti. non quod nec natus est ipse nec genuit. sed quod solus de patre filioqz pcedit. Ecce breuiter assignauit tres p̄prietates triū personaz quāz una non est alia. Hoc enim significauit cū dīxit aliud ī genuisse quod natū ē. aliudqz pcedere. i. alia p̄prietas sive notio ī ḡnatio. et alia nativitas. alia p̄cessio. quod alijs non minibus dī. p̄nitas. filiatio. Has p̄prietates desiguntur. quod sunt p̄prietates sive filiū et sp̄ssctū. que relationes sunt et ad seiuicē dī. quod notāt relationes que non sunt deo accidētales. sed in ipsis psonis ab eterno sunt et relā immutabiliū ut non modo appellatioēs relative. sed relationes sive notioēs in rebz ipsibz. s. in personis sunt.

**5 c** Nihil in deo fm accidens dī. quod nihil est ī deo immutabile aut amissibile. Videf ista rō non valere.

Quod alīcō sunt accidētales sive parabiliā et talia non sunt amissibiliā. Risi. dī. Si cur ih̄c Augu. dīcit. Omne accidens. aut ē p̄ suā naturā mutabile aut amissibile. aut p̄ circa subiectū suū

bis dicere unam substantiā et tres psonas pfectas equales taceam. tres ipostases si plz. Namē hoc non bone suscipitōmis est. cū in eodē vbo sensus dissentiant. Aut si rectū putatis tres ipostases cū interpretationibz suis debere nos dicere non negam. Sed mihi credite venenū sub melle latet. Transfigurat em̄ se angelus satiane in angelū lucis. His verbis non negat vtēdum esse noīe ipostasis. sed hereticos eo praeversos ostēdit. sed quos cautela op̄ erat in distinctione significationis. Alioquin sibi contradiceret q̄ supra tres ipostases cōsideretur.

**6** Assignat que sunt ille p̄prietates personaz de nominibus eaz relatiūis. Jam de p̄prietatibz psonarum videam. qd etiā notiones sive relationes in scriptura plebūqz dicunt in illa sc̄ta trinitate. que id a nobis repetunū ut cor dī nō tenacius infigant. ait Aug. in lib. de fide ad p̄. id sit dicere p̄tra illud quod dī. item diff. xviiij. vbi dī. quod qd īqingenitus. est p̄prium p̄tis p̄prium sed ingenitus non est aliud. sed dicere quod non genitus. Risi. p̄prium quod Aug. loquīs de hoc quod scīt. est non natus fm qd dicit purā negationē. et sic non dicit proprietatē. Ingenuitus enim p̄t est p̄prietas non est pura negatio.

Propriū dī sp̄ssancti. non quod nec natus est ipse nec genuit. sed quod solus de patre filioqz pcedit. Ecce breuiter assignauit tres p̄prietates triū personaz quāz una non est alia. Hoc enim significauit cū dīxit aliud ī genuisse quod natū ē. aliudqz pcedere. i. alia p̄prietas sive notio ī ḡnatio. et alia nativitas. alia p̄cessio. quod alijs non minibus dī. p̄nitas. filiatio. Has p̄prietates desiguntur. quod sunt p̄prietates sive filiū et sp̄ssctū. que relationes sunt et ad seiuicē dī. quod notāt relationes que non sunt deo accidētales. sed in ipsis psonis ab eterno sunt et relā immutabiliū ut non modo appellatioēs relative. sed relationes sive notioēs in rebz ipsibz. s. in personis sunt.

**7** Osteidit qd sunt ille p̄prietates qm̄ sunt relationes sive dicte fm relationē non tm̄ fm accidens.

**8** Quo circa sciendū est nō oē qd dī. de deo dī dī fm substantiā; quod qdā dī fm relationē qd non est accidens; quod nō ē mutabilis. vñ Augu. in. v. lib. de trinitate. ait. Nihil in deo fm

## XXVI

accidens dī. quod nihil ei accedit nec tm̄ oīne qd dī fm substantiā deo dī. In rebus creatis atqz mutabilibz qd nō fm substantiā dī. restatur fm accidens dī. In deo autē nihil quidē fm accidens dī. quod nihil in eo mutabile est aut amissibile. Necētē oē qd dī fm substantiā dī. Dī em̄ ad aliqd sicut p̄ ad filiū et filiū ad patrē qd nō ē accidens. quod et ille sp̄ est p̄t. et ille sp̄ est filius. et ita sp̄. quod sp̄ natus ē filiū nec cepit vñq̄ eē filiū. Qd si aliquā eē cepisset aut aliquā defineret eē filius fm accidens dicere. Et qd p̄t nō dī. p̄t nisi ex eo. qd est ei filius et filiū nō dī filiū nisi ex eo. qd h̄s patrē nō fm substantiā h̄s dī. sed adiunscē ista dī. neqz tm̄ fm accidens. quod et qd dī. p̄t. et qd dī filius et eternū atqz incomutabile est eis. Ecce aperte his vñbis ostendit quedā dici deo fm substantiā quedā fm relationē. nihil tm̄ fm accidens. oē ditur etiā p̄prietas p̄tis esse qd h̄s filiū. et p̄prietas filiū qd h̄s patrē. Iōqz cū dīxit eternū et incomutabile esse qd pater dī. et qd filiū dī. ita intelligi voluit. i. p̄prietas qua p̄t est p̄t. et p̄prietas qua filiū est filius. eterna est et incomutabilis. quod et p̄t sp̄ p̄t. et filiū sp̄ filius. Eī et Hyla. p̄prietates personarum assignās in. xij. lib. de trī. ait. Si semp patri p̄prium est quod semp est pater. necesse est sp̄ filio propriū esse quod semp est filius. Eī semper pater est. semper et filius est. ergo quod non semper pater est. non semp genuit. Item in eodem. Hato deo manifestū est p̄prium esse quod filius est.

**9** Mouet dubitationem contra assignationē proprietatis filiū. quare sc̄z dicatur eē propriū vñgeniti qd est filius dei cum etiam homines sint filii dei. **d** **C**hic querit quod dīcat pro p̄prium eē. nato deo quod ē dei filiū. vñ genitus ex deo. cū ē hoīes filiū dei dicant et sint fm illud. Filii excelsi om̄s. Et ad moy sen de populo israel dominus ait. Filius meus primogenitus israel. Sed magna est die stantia. Homines em̄ filiū dei.

**p̄s.** **C**hic querit quod dīcat pro p̄prium eē. nato deo quod ē dei filiū. Sed attendendū est quod imitatio expressa ut constituit in sua cōditione aut est insignita vñterius sua. **lxx.** perfectione et decore. aut est priuata bono et deformata a sua conditione. Primo modo dicitur filiū. **Eco. lxx.** factura. Secundo modo filius facturaz adoptione. **k q̄**

**Vbla.**



## Libri

## Primi

Tertio modo neutrō modō dicitur filius nisi valde improprie  
tē cū additione distrahebāt. qz dñs Job. viii. dicit  
poteret de patre diabolū. ppterēa qz a deo res  
cedit et imitans eum.

**Hylar.** s. De aut̄ filius originis. Ponit tres ppteratas  
aut̄ orationes nostrā qbus de filio. si  
tate con̄lūs dei ē. s. originē. vita  
firmat tem. et natuitates. qz s.  
soluto. de distinctione illoz noīm  
nem. Dōm qz tria dicit ad ex  
ceptiō cludendū tres. bſcō. Lō  
stinctio tra fōtūm dicit origine  
ster dei nō adoptione: qz fōtūm  
filiū et dicebat xp̄m esse filiū dei  
dōm si adoptinū. Lōtra fabellis  
lios: qz um dicit vītātē non mēa  
ille nat̄ patiōne qz ip̄e dicebat. qz  
filiusbi idē ip̄e p̄mo p̄ nūcupa  
facti sūr̄ vāl postea filiū. Lōtra ar  
rī. dicit natuitate non  
creatiōe. qz arrī dicebat  
esse dei filiū creaturam.

deus sibi et p̄ hoc d: nos genuisse. Genuisse em̄ dei filiūs. nunq̄ cū ppteratis significatiō cognoscim̄ dī  
ci. Ex adoptiōe em̄ hō factus est filiū dei nō ex gnatō  
ne neq̄ ei ppteretas est. s̄ nūcupatio ac p̄ id nō vere filiū ē: qz nec ppter natus d: nec sp̄ sūt filiū. Unigeni  
tis aut̄ deo nec sūt aliq̄ nō filiū. nec sūt aliqd ante  
qz filiū. nec qz ip̄e nisi filiū. Atq̄ ita qz semp̄ est filiū  
nascibilitatis ppterate ac vītātē filiū eius est soliū  
qz genuit. et ille tm̄ qui genuit pater ip̄i est. qz sicut il  
le filiū originē: ita ille pater generationē.

**Augu.** Soluit dubitationē autoritate Aug. et Hyla. qz  
hō d: filiū trinitatis. et trinitas p̄t dici p̄ hōim. e  
**Deute.** Hō vītā excepto filio aut sp̄sctō oī intelligi. quēvī  
dōm deū nostrū recete dicim̄ et patrē n̄m p̄ gratiā suā  
nos regenerantē. De hoc ēt Hyla. in. vi. li. de tri. ait.  
**Hyla.** Oībus p̄ fidē deus p̄ est: qbus ē p̄. per eā fidē ieluz  
xp̄m dei filiū p̄fitemur. Ecce oīluz est quare ppteris di  
catur esse dei nat̄ qz filiū est. qz. s. ip̄e solus natus pro  
Joban. p̄te d: vii. Hyla. i. li. iii. d. tri. ait. Dōm dīces clarifica fi  
liū tuū. nō solo noīe p̄testatus ē se ē filiū. s̄ et ppter  
ate. nos filiū dei sumus: s̄ nō talis hic filiū. Hic em̄  
verus et p̄p̄ius est filiū origine nō adoptione verita  
te non nūcupatione. natuitate nō creatione.

**Applicat** solutionem precedentem ad ppteratē  
sp̄sctō. que est donum: quia proprietate est do  
num. et filiū natuitate. et vītāq̄ modo dicitur relati  
ue et fm̄ cādem relationem. f

**Ita** ēt de sp̄sctō dōm est qz ppter de donū dei. cum  
tm̄ et alia plura sint dona dei. Et sp̄sctō ita ppterata  
et immutabili et eterna donū ē. sicut filiū ppterata est fi  
liū. Et em̄ d: donū quo sp̄s. et vītāq̄ noīe rela  
tione d: Eadēq̄ relatione d: sp̄s. et donū. Et ipsa rela  
tio nō appareat in hoc noīe sp̄s. sicut in hoc noīe do

num. vñ Aug. in. v. de tri. ait. Sp̄sctō qz nō est trini  
tas s̄ in trinitate intelligit. i. eo qz ppter de sp̄s. rela  
tione d: cū et ad patrē et ad filiū resert: qz. s̄. et patrē et fi  
liū sp̄s est. Sed ipsa relatio nō appetat in hoc noīe.  
Apparet aut̄ cū d: donū dei. Domū em̄ est p̄tis et filiū  
qz et a parte pcedit et a filio. ergo. s̄. inessibilis quedā  
patrē filiōz cōio ē. Et ideo fortasse sic appellat ut iā  
dirim̄. nec iterare piget. qz patrē et filio p̄t eadē ap  
pellatio ouenire. Hā hoc ipse ppter de qz ille cōter.  
Quia etiā p̄ sp̄s. et filiū sp̄s. et pater sanctus. et filiū  
sanctus. Ut ergo ex noīe quod vītāq̄ ouenit vītāq̄  
cōio significet. vocatur donum amboz sp̄s. Ecce ha  
bes quare sp̄s sanctus propriē dicatur donum. et qz re  
latiōe dicitur sūe donum sūe spirituātē. Et qz noī  
men sibi propriū tenet. quod cōmuniter patrē et filio  
conuenit. sed diuisim̄. Et est sciēdum. quia cū pater vel  
filiū dicitur sp̄s sūe sanctus. neutrum relatiōe dici  
tur. sed fm̄ substantiam.

**Monet** dubitationē oīra assignationē ppteratē  
sp̄s sancti. Ut̄ pater vel filius. vel trinitas ipsa  
possit dici spirituātē.

**Hic** queri p̄t vītā p̄ vel filius vel etiā ipsa trini  
tas possit dici sp̄s. sicut disiunctim̄ d: et sp̄s et sc̄ns.  
de hoc Aug. i. v. li. de tri. sic ait. Trinitas nullo mō p̄t  
dici filiū. sp̄s nō sc̄ns p̄t qdē vītā dici fm̄ id qdē scrip  
tum est. qm̄ deo sp̄s est. Itaq̄ pater et filiū et sp̄s. qm̄  
vnus deus est. et vītā deo sanctus est p̄t appellari tri  
nitas et sp̄s sanctus. sed tñ tunc sp̄s sancti relatiōe nō  
dicetur. sed fm̄ essentiam. quia proprie spirituātē  
qui non est trinitas sed in trinitate dicitur relatiōe.

**Reprobat** quorundā positionē qui putant sp̄t  
um sanctū non dici relatiōe ad patrem et filium. quia  
non vicissim respondent sibivocabula sed falso.

**Quidā** tñ putat sp̄s sanctū vīl' dōmū dici relatiōe ad  
patrē vīl' ad filiū. Si em̄ inquīt hec relatiōe ad se dicit  
tur suis inuicē sibi rēdent vocabulis. vt sicut d: pater  
filiū pater et filius patris filius. ita dicit p̄ sp̄scti. vīl'  
dōmū pater. et sp̄s sancti vīl' dōmū patris sp̄s vīl' dōmū.  
Sed nō ita est in omnibus relatiōis. Non em̄ omnia  
que relatiōe dicuntur suis ad se inuicē respondent voca  
bulis. vnde Augu. horū eli  
dens opinionē in. v. lib. de tri.

**Sed** cū qz est in trini  
tate relatiōe dici līcū non  
ei respondeat vicissim vo  
cabulus. Videntur doc̄ sal  
sum. quia propēm est re  
latiōe dici ad conuerte  
tiam: ergo si non dicuntur  
ad conuerteātā: nō dicū  
tur relatiōe. Rū. Dicēdū  
qz illud verum ēst. si no  
men impositum est vītā  
extremo. alioquin si dicit  
et vītā parte non dicū  
tur. vt si dicuntur rem̄ na  
tūs. Similē vult dicere  
Augu. sub istis nominibz  
pater et filius non referū  
tur ad spiritū. S; tamen  
ibi deficiunt nomina des  
cer fingere sed in diuinis  
metis est tacere qz finge  
re. propter vitandum cr  
ozem.

i. Quia

## Distinctio

i CQ: hic potuit suenitū vistatū vocabulū. illuc nō potuit. Ut detur b̄ falsus qz ita b̄ spirator. d̄ ad sp̄ sicut donator. ad dominum. Rū. unus modus dicēdī est q̄ aug. nō loquī simplē de hoc noī sp̄s. s̄z de hoc toto sp̄s. Tiel aliter hoc dicit qz sp̄a tor tunc nō erat nomen vistatum ut donator.

I: Donator tñ non fuit

" de' n̄i ex tpe. Obi: qz b̄ nec domini d̄ n̄i ex tpe. cū relativa fuit fil'natura. Ad hoc dōm. q̄ p̄t dicit ab actu donādi vel ab abibz i natoře domi. qz hic potuit iue niri vistatū vocabulū illuc nō potuit. donum ḡ donatoris. z donator domi cū dicim? relatiue vtrūq; ad inuicē dicimus

I: donator tamen nō fuit deus n̄i ex tempore cū spirituſanctuſ. Quarto et uoz querūt etus sit donuz etiā ab eterno. Primo vtrū in diuinis sit ponere pprietates personaz. Secundo dato q̄ sic. Querif qd s̄nt ille pprietates. Tertio querif quis sit actus ipsaz. Quar to et ultimo queritur de numero ipsarum.

**2 Questio.** I. Q̄ in diuinis sit ponere pprietates psonaz. nō solū vocalis. s̄z ē realis. ostendit p̄prietates sed in diuinis est via distinctio. vñ Dāni. Differentiaz ipofascon. i. personaz in tribus p̄prietatibus. paternali filia li. et pcessibili cognoscimus. Ite bocipsum vide rōne qz si eut est aliud modus querēdi de cēntia et psona. ita est aliud modus querēdi de essentia et p̄prietate. De essentia em̄ querif. p̄ qd de p̄prietate p̄ quō se bz. ergo sicut ponit essentia in diuinis et psona s̄m veritate ita d̄z ponit p̄prietates. Ite supra pbatu est q̄ differt gnatio et pcessio realis. alioquin nō differrēt psonae. ergo gnatio et spiratio differunt realiter. sed tam gnatio et spiratio est in vna psona nō multiplicata. vt est in persona patris. ergo cum psona sit realiter vna. et pprietates realis plus res. ergo est ponere pprietates realiter in diuinis differētes sed nō d̄ta essentiali. sed nec psonali. cū sint in eadē psona. ergo notionali. q̄ si non differt gnatio et spiratio. sicut hec ē vere. p̄ spirat. s̄z bcc p̄ generat sp̄m̄. et tunc seq̄retur q̄ s̄. est fieri. Ite p̄ et fili sunt vñ principiū sp̄s̄anci. hoc supra pbatum est. et est rō in p̄pstu. qz vñ oīno est q̄ spirat. et hoc qd est vñ dicit vñitatem. non essentia nec psona. ergo op̄ p̄prietatis. et si hoc. necesse est ponit pprietates in diuinis realiter non nominaliter nec tm̄ in voce. Item in patre est paternitas et innascibilitas. aut ergo eadē pprietas. aut alia. Si eadē pprietas. ergo et relatio eadem. sed s̄m p̄nūtatem refert ad filium. ergo et s̄m innascibilitatem. sed hoc est falsum s̄gitur alia. et psona est vna. ergo necesse est ponere pprietates in diuinis psonis. etiā realis differētes. Contra. Hyla. de tri. Pater et fili' t. s̄. foliū differunt nobis igif si differunt s̄lois nobis. nō sunt ibi reales pprietates. s̄z vocales. Item dāni. dicit in. j. li. Op̄ scire q̄ aliud est differre re. aliud rōne et dicit q̄ in creaturis est differēcia re et puenitēia rōne. sed in diuino econtrario. cū ergo sit distinctio s̄m pprietates. vñ detur igif. q̄ s̄lū ibi solū s̄m modū loquendi vel intelligendi a parte rei. Ite bocipsum videatur rōne. q̄ in summo sim pliū nō cadit differēcia aliqua; sed diuina persona est summe simplus. Aut s̄gitur ibi nō est pprietas. aut solo modo loquendi. ergo et. Ite ita simplus est. psona sicut essentia. sed pprietates essentia nō differunt nisi solo mō loquendi. non s̄m rem. ergo similē pprietates persone. Item diuina essentia propter summa simplicitatem sc̄psa refertur ad creaturam. et ideo relatio essentialis solo modo loquendi differt ab essentia ut cum dicitur dñs. omnino em̄ in substatiā transit. ergo p̄ ratione persona sc̄psa refertur ad personam. Ite creatura propter essentialē comparationē ad suū p̄ncipium. sc̄psa

## XXVI

refertur ad suū creatorem. Alioquin in creaturam et creatorem caderet medium quod nō esset nec creatura neq̄ creator. ergo si multo essentialior est cōparatio persone ad personam. ergo sc̄psa refertur. et si hoc igitur videtur q̄ ipsa pprietas vñ relatio nō differat nisi solo modo loquendi a persona. Respō.

